



Disputatio medica inauguralis de mammarum cancro

<https://hdl.handle.net/1874/343265>

15

D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S
D E

Mammārum Cancro,

Q U A M

P R A E S I D E D E O T E R O P T . M A X .

E x auctoritate Magnifici Rectoris ,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri , atque in inclytâ ejusdem Academiâ
Medicinæ Anatomes & Botanices Antecessoris Ordinarii ,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicî consensu & Alma

Facultatis MEDICÆ Decreto ,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,

Summisque in M E D I C I N A Honoribus &
Privilegiis ritè & legitimè consequendis ,

E r u d i t o r u m e x a m i n i s u b j i c t i

D A V I D I M M E N S , Orschoto-Brab.

A d diem 25. Junii , horâ locoq[ue] solitis.



T R A J E C T I A D R H E N U M ,

E x Officinâ F R A N C I S C I H A L M A , Academice
Typographi Ordinarii , c l o I o c L x x v .

*Gravissimis, Celeberrimis, Spectatissimisque
VIRIS,*

- D. SAMUEL IMMENS, S.S. Theol. Candid. fratri meo
dilectissimo.
D. ARNOLDO BRIEVINGS, Apud Orschotenses V.D.
M. affini plurimum honorando.

N E C N O N

- D. JOANNI MUNNICKS, M. D. ac Professori in eadem
Academia celeberrimo, experientissimo h. t. Rect. Magn.
promotori venerando,
D. JACOBO VALLAN, M. D. ejusdemque Facultatis
in illustri Ultrajectensi Athenæo Professori Ordinario,
Dignissimo.
D. STEPHANO BLANCARDO, M. D. practico inter
Amstelodamenses felicissimo, plurimis Eruditis Scriptis
luci expositis Clarissimo.
D. SAMUEL CABELJAU, M. D. ac practico Hagæ
comitis peritissimo, amico colendo,

U T E T

- D. JOANNI à BOCHOVEN, J. U. D. &c. &c. amico
summo, amantissimo,
D. FRANCISCO à BOCHOVEN, J. U. D. &c. &c.
amico Divinctissimo,

*Hanc Disputationem Inauguralem
in observantia signum*

D. D. D.

DAVID IMMENS.
AUCTOR.



DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

MAMMARUM CANCRO.

THESSIS I.



*E Cancro Mammarum disputaturus,
haud incongruum erit , breviter mam-
marum structuram delineare. ut ea ,
de quibus sermo erit , rectius intelli-
queat.*

I I.

Mammæ in mulieribus incumbunt musculis pectora-
libus , ut infantes ex iisdem eo promptius lac sugerent.
Constant ex glaudulis plurimis: hoc est , Arteriæ , quæ
ad mammae tendunt , cum definunt esse Arteriæ vi-
dentur variis suis circumvolutionibus tandem in glandu-
las mutari: adeo ut glandulæ mammarum nihil aliud

A 2

sint,

4 DISPUTATIO MEDICA

sint, quam elongatæ arteriæ, variis circumvolutionibus sibi invicem connexa. Glandulæ hæ recipiunt lacteum suum succum è sanguine arterioso; sed iste sanguis, qui tubulos lacteos subire non poterat, lateralem venam intrat, & regiâ viâ ad Cor, Cæterasque pulmonum partes reducitur.

III.

Lac illud à glandulosis meatibus segregatum, ibidem loci non manet, sed in lactantibus foras ducitur ad papillas, (quæ nihil aliud sunt, quam fasciculi ductuum, à glandulis mammariis exitus gratiâ, constituti) vel in non lactantibus per vasa lymphatica in Chyli receptaculum reducitur.

IV.

Descendamus nunc ad *Cancri Genesin*, & primo dicendum quid sit *Cancer*? *Cancer* ergo nihil aliud est, quam *Gangræna* seu *Spatelus* glandularum: hoc est, mortificatio glandularum, quæ vel est in fieri, vel in facto. & quemadmodum Mortificatio Carnium vocatur *Gangræna* vel *Sphacelus*, (quæ ab invicem gradibus tantum differunt) ita in glandulosis *Cancer*, in Ossibus verò, *Caries* dicitur.

V.

Signa ex quibus cognoscitur illud malum, sunt; primo

mo induratio Glandularum scirrhosa , idque unius vel plurimarum ; postea sensim accrescunt & grandiores fiunt : accedunt deinde dolor , saepe calor , color lividus & plumbeus , venæ nigrae .

V I.

Cause externæ possunt esse contusiones , lapsus , frigus nimium , inordinata diæta , mæstitia , &c. *internæ* & *proximæ cause* sunt incrassationes humorum seu lactis , unde glandularum tubuli facile obstruuntur . *Cancer* igitur mammarum erit obstructio glandularum mammiarum à lacte coagulato , sive hæc fiat vel vitio lactis , vel ex contusione . Contusis enim ductibus lactiferis , lac subsistit , coagulatur , acorem contrahit & *Cancri* Tragædiam ludit . Similiter , si integris tubulis , lac ab aliqua causa externa vel interna coaguletur , eadem phænomena producit .

V I I.

Sit ut sit , lac illud coagulatum , glandulas obstruit , & quoniam omne coagulatum lac , durius est non coagulato , ideo tactui minus cedit , hoc est , major retinentia tactus organo imprimitur .

VIII.

Oritur *Dolor*, quia sanguis per arterias & lac per tubulos lacteos continuo affluxu obstructas vias facile permeare non possit, hinc tubuli dilatantur, & fibrillæ quasi ab invicem dilacerantur, unde anima dolorem percipit. *Secundo*, lactis istius coagulati particulæ acidæ continuo motu in fibrillas nervosas adiguntur, adeo ut continuo scindendo, pungendo, lacerando lœdant, doloremque sæpe intolerabilem producant.

IX.

Illud Symptoma Sensim accrescit, quia propter obstructionem ex præterlabentibus succis multum materiae aggeritur: hoc est obstructa glandula quotidie majorem peripheriam accipit, in principio magnitudinem pisí sæpe habent, sed levi occasione plerumque grandiores fiunt.

X.

Corrosionis causa acidum illud lactis est, hinc facile percipimus, cur quotidie progrediatur, & provinciam suam latius extendat, & quare aliquando suppuretur, aliquando non. Cumque sanguis subsistat, vel saltem tardius

tardius moveatur venæ lividæ , instar ungularum cancri apparent.

X I.

Quo fint Cancri majorcs , eo pejores ; ac ut plurimum non nisi cultro cedunt. Si costis firmiter adhærent , sinendi potius , quam irritandi juxta Hippocratis Aph. 38. Sect. VI. quibus occulti Cancri sunt , non curare melius : Curati enim citius intereunt ; non curati verò longius Vitam trahunt. Curatu igitur admodum difficile est cancer , nisi sit in parte , uti penitus exscindi queat.

X I I.

In Curatione tam externa quam interna usurpanda ; servetur è cibis Eupeptis optima diæta ; cane pejus & angue yitentur acida , salsa , frigida , &c. aromata nimia &c. Aër sit temperatus ; patiens sit hilaris , nequaquam tristis , iracundus aut melancholicus : exercitia sint moderata ; respondeat alvus officio.

X I I I.

Medicamenta externa ac interna dirigantur , ut acidum temperetur , & obstructio dissolvatur. Si hisce
non

non cedat malum; aut palliativis medicamentis, si se-
ctioni locus non sit, cura instituatur; sin alias, ad
Carcinotomiam confugiendum. Atqui hæc sunt ea,
quæ breviter dicenda habuimus; latius posset extendi
disputatio nostra, sed quia studii specimen aliquod dun-
taxat præbeo, hæc paucula dixisse sufficiet.

F I N I S.

